



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Hermannii Conringii De Pace Civili Inter Imperii Ordines
Religione Dissidentes Perpetuo Conservanda Libri Duo**

Conring, Hermann

Francofurti ; Lipsiae ; Wittebergae, 1680

III. Permissionis cooperantis natura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9585

impedientes coercet, verum etiam promovet, auget, defendit, vel est pars actionis criminosa sive peccati. Sic Pilatus permisit quidem, non praecepit Christum crucifigi, *cum tradidit eum voluntati Iudaorum*. *Luc. 23 v. 25*, sed cooperatus est tanto sceleri praestando Judicis autoritatem, & satellites aliaque executionis adminicula suppeditando.

II.

Permissio qua licita vel illicita.

Permittere malum primo & secundo modo, ut majus bonum obtineatur, vel majus malum inpediatur, licitum est. Ut triusque permissionis exemplum praebet divinum regimen. Prioris, cum benignitas Dei peccatum dissimulando peccatores adducit ad penitentiam. *Rom. 2 v. 4*. Posterioris, *sinendo Zizania crescere in que ad messem, nobisque prohibendo, ne cum periculo tritici ea eradicemus*. *Matth. 13*. Extra has duas causas peccant Principes & Magistratus, si scelera manifesta impune tollerant, aut ea corrigerem volentes impediunt. *Non enim sine causa gladium portant, Dei enim ministri sunt, vindices in iram iis, qui malum agunt*. *Rom. 13 v. 4*. Tertio modo malum permittere cooperando sive ad juvando, ex se illicitum est, si id, quod permittitur, peccatum est. Hoc genus peccati in Catechismo inter peccata aliena recensetur, & generatim damnatur a S. Paulo *Rom. 1 v. 32, quoniam, qui talia agunt digni sunt morte, non solum quie faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*. Vel maxime autem cooperatio arguit consensum, cuius est effectus & argumentum.

III.

Permissionis cooperantis natura.

Cooperatio duplex est, directa & indirecta. Directa cooperatur malo, qui ea agit qua sapientia natura ad peccatum ordinatur, ut sunt illud stabulire, augere, defendere, vel qui pars est & socius peccati, ut cum servus concubinam invitat ad herum, aut miles pugnat in bello manifeste injusto. Indirecte cooperatur,

N

qui



qui malum quod potest & debet impedire non impedit. Sie gubernator cooperatur submersioni navis, quam deberei gubernare, si ex odio v. g. aut negligentia eam permittat submergi, juxta S. Th. I. 2. q. 6. a. 3. Ubi istud indirecte, illud autem prius directe voluntarium vocat. Utrumque reperitur in permissione cooperante. Hoc quidem in permissione Pilati, licet enim non præceperit Christum crucifigi, quem maluisset dimitti, directe tamen cooperatus est, ferendo sententiam & præstanto sceleri auditoriatem judicis. Indirectæ cooperationis rei sunt principes & Magistratus, qui scelera tolerant, cum ea punire aut impedire possent, ideoque ex officio deberent. Est vero permissione cooperans seu directa, seu indirecta, solum permissione compensatione præcepti, quatenus dicitur permitti, quod non præcipitur, ad respectu effectus est commissio. Committit enim peccatum, qui illi cooperatur, & quidem ejusdem speciei: sic furtus est qui currit cum fure, & adulterii, qui cum adulteris portionem suam ponit. Ps. 49 v. 18.

§. IV.

'Non quia licet tolerare, licet absolute pacisci.'

Id recte admonuerunt autores Compositionis Pacis c. 5. q. 26 n. 30. & Tanner. to 3 disp. i q. 9 dub. 3. n. 97. Tolerare enim mala intentione majoris boni aut metu majoris mali, licitum est & laudabile iisdem circumstantiis durantibus. Absolutè autem vel in perpetuum ejusmodi tolerantiam spondere, repugnat obligationi Principum & Magistratum. Ejusmodi enim promissio secludit circumstantias excusantes, quantum est ex intentione pacientium, & natura pacti obligat ad malum tolerandum, etiam mutatis circumstantiis, quando id impediri posset, & ex officio deberet. Unde ejusmodi pactum non solum est ex genere suo illicitum, sed etiam iritum: *Quoties contractus est contra bonos mores juris naturalis aut divini, etiamsi jure jurando firmetur, non sit ratus nec firmus.*

Prin-

